



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

178. fer. 4. de Bonitate Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

314 *Feria 4. post Domin. SS. Trinit.*
curam specialem habeat. 4. Facit, ut omnia
creata cedant bonis in bonum per miseri-
cordiam ejus, & malis in malum per Justi-
tiam. 5. Quia erga homines præsertim ju-
stos habet se, ut Pater erga Filios, quos per
mille pericula & anfractus usque ad affectu-
tionem felicitatis perducit.

Conf. 3. Et laudabo Dominum propter
infinitam Sapientiam, & Providentiam ejus,
ut supra Fer. 2. *Conf. 3.* Rogabo, ut renebrat
ignorantiæ & diffidentiae provida luce sua
disijciat.

MEDITATIO CLXXVIII.

Feria 4. post Domin. SS. Trinit.

De Bonitate DEI.

Aspiciam triplicem Bonitatem DEI, na-
turalem, moralem, & beneficentiam: Velut
catenam triplici gyro omne bonum com-
plectentem. Petam ejus quam maxime fieri
particeps.

Conf. 1. Bonum esse, quod est perfectum,
& bonitas rei ejus est perfectio, i. Naturalis
in DEO quanta esse debet, cum ad ejus ce-
nitem radium, & umbraulem speciem tan-
to impetu currat omnis creatura, & nisi
ipsum communicet, impossibile est aliquid
bonum esse extra DEVM. *Am. unum bonum, quod est omne bonum, & sufficit.* Augustinus
Manual. 34.

Conf. 2. Alterum bonum moris, quod Sanctitas dicitur, esse perfectionem morum in actu, vel habitu. De DEO ait Psalm. 144. *Sanctus in omnibus operibus suis*; cum igitur Sanctitas sit congruentia cum lege æterna, & conjunctio cum Deo, & voluntas Dei per suam essentiam legi æternæ, ex æquo respondeat, sequitur in Deo esse Sanctitatem essentialem, eminenter & causaliter, principium, & exemplar, & mensura, & finis omnis sanctitatis infinite intensive, & extensive; ergo necessario odit peccatum infinite, quia est contra rectitudinem legis æternæ, propter quod privat hominem bono infinito: quia infligit infinitum dolorem, & ignominiam DEO: ergo necessario amat suam bonitatem infinitam, quam utinam & ego tantum amarem, ut possim.

Conf. 3. Quomodo benignitas tertia species bonitatis oriatur ex prima bonitate, quæ est perfectio naturæ: & duplex est benignitas: Naturalis, & dicitur fecunditas, & est communicatio divinæ essentiæ: libera, & est naturalis propensio communicandi se creaturis pro cuiusque captu, præsertim creaturæ rationali, quæ sola Deitatis per intellectum & voluntatem est capax, quæ à liberalitate Dei benefica accepit esse naturale, vivere, sentire, intelligere, & esse su-

perna,

316 *Feria 5. In Festo Corp. Christi.*

pernaturale gratiæ, gloriæ, unionis hypostaticæ. Concludam meditationem ut *Feria 2. Considerat. 3.*

MEDITATIO CLXXIX.

Feria 5. In Festo Corporis Christi.

De Sacrificio incruento.

Videbo Dominum in cœnaculo Montis Sion Sacrificium incruentum instituentem, & se nobis quasi comminuentē, ad vesendum. Petam illud intelligere, & eo dignè frui.

Conf. 1. Quomodo Missa sit Sacrificium: quia, quod fecit Christus in cœna, id agunt Sacerdotes, sed Christus sacrificavit: Quia Sacerdoti debet respondere hostia, Christus erat Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Psalm. 109. qui obtulit panem, & vinum. Est igitur hic Sacerdos, res oblata, Deus, cui offertur, Fideles, pro quibus offertur, & ipsa oblatio: ubi autem hæc quinque sunt, ibi est sacrificium. Gaudebo Deum honorari sacrificio perenni, non permansione Christi in Cruce, nec ut redivivus identidem patiatur, sed per Sacramentum Altaris.

Conf. 2. Excellentias huius sacrificij. 1. Ab offerente, qui Principalis est Christus, summus & æternus Sacerdos, verus DEVS. 2. Ab oblatione, quæ est Corporis & Sanguinis